

litterarum græcarum usus est doctore. Sed nos tempus est hujus libri facere finem, et Romanorum explicare imperatores¹, quò faciùs, collatis utrorumque factis, qui viri præferendi sint, possit judicari.

XXIV.

M. PORCIO CATON.

CAPÍTULO I.

Origen de Caton : lleva consigo á Roma al poeta Enio. (Año 550 de la fundacion de Roma, 204 antes de J. C.)

Cato², ortus municipio³ Tusculo⁴. Adolescentulus, priusquam honoribus operam daret, versatus est in Sabinis, quòd ibi heredium a patre relictum habebat. Hortatu L. Valerii Flacci, quem in consulatu censuræque habuit collegam, ut M. Perperna Censorius⁵ narrare solitus est, Romam demigravit, in foroque

¹ Romanorum explicare imperatores. Dar á conocer los generales romanos.

² Cato. Llamado Porcio Caton el mayor, Censorino.

³ Municipio. Ciudad municipal era la que se gobernaba por sus leyes propias, aunque sus habitantes gozaban del derecho de ciudadanos romanos.

⁴ Tusculo. Túsculo, ciudad del antiguo Lacio, hoy Frascati.

⁵ Censorius. Así llamado por lo que se hizo temer siendo censor.

esse cœpit¹. Primum stipendium meruit² annorum decem septemque. Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello consulibus, tribunus militum³ in Sicilia fuit. Inde ut rediit, castra secutus est C. Claudii Neronis, magnique ejus opera æstimata est in prælio apud Senam⁴, quo cecidit Hasdrubal, frater Hannibalis. Quæstor obtigit⁵ P. Corn. Scipioni Africano consuli; cum quo non pro sortis necessitudine⁶ vixit: namque ab eo perpetuâ dissensit vitâ. Ædilis⁷ plebis factus est cum C. Helvio. Prætor⁸, provinciam obtinuit Sardiniam, ex quâ quæstor, superiore tempore, ex Africâ decedens, Q. Ennium⁹ poetam deduxerat: quod non minoris æstimamus quàm quemlibet amplissimum sardiniensem triumphum¹⁰.

¹ In foroque esse cœpit. Y empezó á seguir la carrera civil ó del senado.

² Primum stipendium meruit. Hizo su primera campaña.

³ Tribunus militum. Equivalia á coronel ó brigadier.

⁴ Senam. Siena, Sena ó Senogalia, ciudad en la costa del mar Adriático, cerca de la Marca de Ancona.

⁵ Quæstor obtigit. Le tocó por suerte el empleo de cuestasor, que se reducía al de tesorero ó comisario de guerra.

⁶ Pro sortis necessitudine. Segun lo pedía la buena correspondencia de la suerte que le habia tocado.

⁷ Ædilis. Edil era el que tenia á su cargo la inspeccion de los edificios.

⁸ Prætor. Pretor algunas veces, como aquí, significa general.

⁹ Ennium. Enio el primer poeta heróico latino de que se tiene noticia. Dúdase de su patria.

¹⁰ Quàm quemlibet amplissimum sardiniensem triumphum. Que el mas cumplido triunfo que la conquista de Cerdeña le hubiera podido merecer.

CAPÍTULO II.

Caton cónsul tuvo el gobierno de España. Siendo censor, se atrajo muchos enemigos á causa de su zelo por el bien de la república. (Año 370 de la fundacion de Roma, 184 antes de J. C.)

Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco. Sorte provinciam nactus est Hispaniam citeriorem¹, exque eá triumphum deportavit. Ibi quum diutius moraretur, P. Scipio Africanus, consul iterum, cujus in priore consulatu quæstor fuerat, voluit eum de provinciâ depellere, et ipse ei succedere. Neque hoc per senatum efficere potuit, quum quidem Scipio in civitate principatum obtineret², quòd tum non potentia, sed jure respública administrabatur. Quâ ex re iratus senatui, consulatu peracto³, privatus in urbe mansit. At Cato, censor cum eodem Flacco factus, severè præfuit ei potestati. Nam et in complures nobiles animadvertit, et multas res novas in edictum addidit⁴, quare luxuria reprimeretur, quæ jam tum incipiebat pullulare. Circiter annos octoginta, usque ad extremam ætatem ab adolescentiâ,

¹ *Citeriorem*. Desde los Pirineos hasta el Ebro.

² *Principatum obtineret*. Era el hombre de mas representacion.

³ *Consulatu peracto*. Habiendo acabado su año de cónsul. En muchas ediciones se pone *senatu*: pero Pigio y Courtino ponen en su lugar *consulatu*, porque no viene bien el *senatu peracto* con la siguiente expresion *privatus in urbe mansit*.

⁴ *Multas res novas in edictum addidit*. Añadió varias ordenanzas.

reipublicæ causâ suscipere inimicitias non destitit. A multis tentatus¹, non modò nullum detrimentum existimationis fecit, sed, quoad vixit, virtutum laude crevit.

CAPÍTULO III.

Elogio de Caton; sus estudios, sus escritos.

In omnibus rebus singulari fuit prudentiâ et industria. Nam et agricola solers², et reipublicæ peritus, et jurisconsultus, et magnus imperator, et probabilis orator, et cupidissimus litterarum fuit. Quarum studium etsi senior arripuerat, tamen tantum progressum fecit, ut non faciliè reperire possis, neque de græcis, neque de italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adolescentiâ confecit orationes; senex historias scribere instituit, quarum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum³ populi romani; secundus et tertius, unde quæque civitas orta sit italica: ob quam rem omnes *Origines*⁴ videtur appellasse. In quarto autem bellum punicum primum; in quinto secundum (atque hæc omnia capitulatim⁵ sunt dicta); reliquaue bella pari modo persecutus est usque ad præturam Servii Galbæ,

¹ *A multis tentatus*. Aunque muchos le llamaron á juicio.

² *Agricola solers*. Inteligente en la agricultura. Escribió una obra intitulada *de Re rustica*.

³ *Regum*. Los primeros reyes de Roma fueron siete.

⁴ *Origines*. Origenes ó principios. Este es el título que dió á sus tres primeros libros Caton.

⁵ *Capitulatim*. Sumariamente, ó en compendio.

qui diripuit Lusitanos¹. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. In iisdem exposuit quæ in Italiâ Hispanisque viderentur admiranda: in quibus multa industria et diligentia comparet, multa doctrina. Hujus de vitâ et moribus plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus², rogatu T. Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen delegamus³.

¹ Lusitanos. Servio Galba hizo una invasion en Portugal.

² Fecimus. Esta vida de Caton, como otras varias obras de Nepote, se ha perdido.

³ Delegamus. Remitimos.



XXV.

T. POMPONIO ÁTICO.

CAPÍTULO I.

Pomponio Atico, de esclarecido linaje, se distinguió por sus talentos y estudios.

Titus Pomponius Atticus, ab origine ultimâ stirpis romanæ¹ generatus, perpetuò² a majoribus acceptam³ equestrem⁴ obtinuit dignitatem. Patre usus est diligente, indulgente, et, ut tum erant tempora, diti, imprimisque studioso litterarum. Hic, prout ipse amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas impertiri debet, filium erudit. Erat autem in

¹ Ab origine ultimâ stirpis romanæ. De una de las mas antiguas familias de Roma. Esta antigüedad se comprueba con el mismo sobrenombre de Pomponio; pues la casa Pomponia descendia del rey Numa Pompilio, que á uno de sus hijos llamó Pomponio. De este venian los Pomponios. Parece que la causa de llamarse Atico, fué por lo bien que hablaba la lengua griega.

² Perpetuò. Sin faltar nunca. Otros leen *perpetuo generatu*. Y se podrá traducir, *de varon en varon*.

³ A majoribus acceptam. Sin haber salido nunca de su casa.

⁴ Equestrem. Orden ecuestre ó de caballeros romanos, grado de nobleza medio entre los patricios y plebeyos. Las insignias de caballero romano eran un caballo y un anillo, que se le daba en público al que entraba á serlo.